



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium
similitudinibus conscripta ...**

Duplan, Theodore

Ruraemundae, 1663

37. Christus tres nominatim mortuos resuscitavit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12221

(72)

Ductor ego & Doctor, vestigia nostra sequentem

Ad vitæ & veræ duco salutis iter.

Doctrinâ, exemplis, omnes virtute præivi,

Sum via sola, viæ terminus, (a) ipsa Trias.

(a) Nemo venit ad Patrem nisi per me. Joan. 14. (b) Hæc est autem vita æterna, ut te Patrem, & quem misisti Jesum Christum, cognoscant solum verum Deum. Consequenter enim & Spiritus S. intelligitur, quia Spiritus est Patris & Filij tamquam charitas substantialis & consubstantialis amborum. Ven. Bedæ Joan. 17.

SYMBOLUM 37.

Christus tres nominatim mortuos suscitavit.

CHriste salus hominum, cui subsunt omnia, morem
(a) Imperio cuius mors, phlegeton quæ gerit.

(b) Filia Jairi surgit, (c) Naimitidis hæres

Unicus, & (d) prodis Lazare chare foras.

Mille Deus dirâ vivos a morte reduxit,

In Triadis laudem (e) tres memorare placet.

(a) Christo tam facile fuit a morte, quam a somno excitare & ideo dicit de Lazaro: amicus noster dormit. (b) Matth. 9. (c) Luc. 7. (d) Joan. 11 (e) Per tres mortuos, intelligit Bedæ, tres mortes anime.

SYMBOLUM 38.

Christus ter lacrymatus est.

HAud risisse lego sub carnis imagine Christum,
Fudisse at lacrymas, ter memorare queam.

(a) Excidium flevit Solymæ, (b) tua Lazare quondam

Asperit lacrymis tristia busta suis.

Sed